



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 51. De natura & multiplicatione odorum, ad tex. com 134.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

comprehendantur: Sed & inepta esset oratio, si ita loqueretur: Ea, quæ sunt in aquis (tã in quã ea, quæ sunt in aquis, quã ea, quæ sunt in aëre) odorẽ sentire videntur; sicut ea, quæ sunt in aëre. Quis ita loqueretur? Sapiens autẽ omnino fuerit, si interposita illa verba de solis aquatilibus intelligatur; in quibus quædam sunt sanguine prædita, alia profus exanguia. Vt ita ex utroque genere ad id probandũ, quod queritur, generale argumentũ petatur. Animalia omnia, quæ sunt in aquis, tũ ea, quæ sanguinẽ habent, vt pisces: tum ea, quæ non habent, vt sepia, polyppi, cancri, ostreæ; non minũs videntur odorem sentire, quã ea, quæ degunt in aëre; quoniam odoratu trahuntur ad alimentum.

Digestio LI. De natura & multiplicatione odorum.

Propterea humidi vniuersẽ aëris in quã & aqua, vt deter sua sunt & lautiua, actum esse odorẽ, definitur in lib. de sensu & sensili. c. 5. Verum si Alexander sola hæc duo corpora dicat esse odoris subiectũ, odorẽque; hoc à sapore differre, quod huius subiectũ sit corpus lapidũ, illius aër & aqua; de odore loquitur per ordinẽ ad sensũ; quia nõ nisi per aërem aut aquã diffusus sentitur. Sapor autẽ non itẽ: sed corpus lapidũ organo gustatus imponitur. Alioqui vt lumen & sonus aëris quoque; & aqua sunt actus, & tamen in lucidis quoque; & sonatibus corporibus insunt; sic & odorẽ intelligẽdũ est in odorifero quoque; inesse corpore. Quod seũ ita manifestũ est, vt inemptum sit probationẽ querere. Et Philosophus quoque propterea dixit elementa odore omni & sapore catere, corpora; lapida esse itẽ odorifera. Odor

n. qualitas est secunda ex elementorũ permissione, sicut & sapor, orta. Totũque odor, qui in aëre medio aut aqua suscipitur, ab odorifero prodit corpore. Est in quã secunda qualitas patibilis tertiã speciei; quia sensilis est, vt cetera eius generis; orta ex elementorum permissione, actione calidiorum: quia in corpore non penitus frigidũ & crasso, sed tenui & vaporoso, consistit; caloris tenuitatis halitũque odoriferũ resoluens opera. Nã & confricatione & calefactione excitatur ex corporibus odor. Siccũ tamen supra humidũ dominãte. Quoniam cum in permissione hæc duæ qualitates præ ceteris patiantur, humidũ abundante sit sapor, siccũ odor: Hicque dicitur esse siccũ, ille humidũ. Magna est hæc differentia huius ortus, à colorum & sonorum ortu. Color non nisi remotẽ ex primis qualitatibus nascitur; proximẽ ex luce, opacitate, & perspicuitate; sonus autẽ ex locali motu sonantiũque corporũ percussione interceptum aërem confringente. At odor & sapor immediatẽ & primũ ex primarum qualitatũ permissione existunt; ideoque magis materiales sũt. Verũ in ea permissione humor & siccitas sunt velut materia, calorque frigore aliquo temperatus velut agens humorem & siccitatẽ permiscens. Itaque si dominetur humor, siccitasque ita illi incorporetur, vt optimẽ penetret & cum eo compacta sit, accedẽte aliqua caloris coctione, fit sapor. Quæ cumque n. coctio, siue elixatio sit, siue afflatio, siue maturatio, nouum aliquẽ sapore adducit; vt in carnis, quæ cognũtur; & arborũ fructibus, est videre: quod aliõatque alio modo subinde siccũ cum humido temperetur; neque sicca profus & adusta nullũ saporem habet. Quod si excedat siccitas, humorque illi incorporetur & cũ ea temperetur, gignitur odor. Argumento sit odor ille, qui ex arida terra nascitur, cum in eam deciderit pluuia: permiscito nimirum humore cum siccitate.

*O odoris
subiectũ*

*O odoris
in aëre
vniuersũ*

A Non igitur odor dicitur esse siccũ, quod in odorifero corpore abundet semper siccitas. Quippe in halitu, qui ex terra madefacta ascendit, & in liquoribus plurimis, & aquis arte paratis, abundat humor. Sed aut ita libuit Philosopho odorem saporis opponere, vt quamuis ex eadem permissione oritur, siue abundet siccitas, siue humor; quæ tamen sunt maximẽ sicca, sunt maximẽ odorifera & parum lapida, vt cynamomum, rosa, & similia: quæ verò maximẽ humida, plurimũ lapida & parũ odorifera: vt mel, & aqua maris. Sapor enim gustatur in humidis, & crassis partibus præcipue consistit; odoris siccis, tenuibus, & exhalatibus: gustamus n. humorem crassum, olfacimus tenuem & siccum halitum. Aut denique odorem dixit magis siccũ, quia calido sicco sentitur halitus: calido ex efficiente causa resoluente, sicco ex materia & natura propria. Sapor autẽ magis humidũ, quod cũ humido succo gustatur.

B Hinc duo intelliges. Alterum, cum tanta sit actus necessaria odorũ & saporum coniunctio, vt omne corpus lapidũ sit item odoriferũ, & contra: tunc optimo scriptũ fuisse in lib. de sensu & sensili, odores saporibus, & hoc loco, odoratu gustatu, odorũque species saporum speciebus proportionẽ respicere. Alterum, præter intrinsicũ illum finem, quo sensilia omnia obiecta ad sentientẽ facultatẽ referuntur, duos alios esse odorũ fines: tum calorem & siccitatẽ immoderatum cerebri frigus & humorem temperatẽ: tum alimenta vtilia ab inutilibus separare. Ille hominis proprius est, hic bestiarũ potius.

C Disputant autem hoc loco interpretes, quomodo modo odor ab odorifero corpore per aërem aut aquã diffundatur: præsertim tam procul, vnde animalia quædam odorati dicuntur. Nam vultures bellu Troiani tẽpore à quingentis miliaribus aduolles legimus, occisorum cadauerum odorem sentientes. Auicenna realem cum vaporoso halitu diffusionẽ ad odoratum vique fieri voluit. Aueroes solã intentionalem credidit. Alij realem vique ad certum terminum, deinceps verbõ intentionalem. Sanẽ quod ad horũ Philosophi verborum interpretationẽ attinet, quocũque fiat modo, is satis est ad ostendendũ, aërem & aquã esse odorandi mediũ. Neque Aristoteles hoc loco odoratum probauit per mediũ fieri, sed solũ quodnam esset illud mediũ expolit. Nam aliquod mediũ esse necessariũ, partim manifestũ erat: quia si corpus odoriferum ponatur intra nãres, non solũ non sentitur, sed aliorũ quoque omnium sensationem impedit. Partim verò acceptũ fuit in tex. 73. vbi iam positum fuerat, nõ aspectum modo, sed & auditum & odoratum interiecto alioquo corpore fieri: solũque supererat explicandum quodnam esset illud corpus.

E Iam de eo, quod disputatur, ego ita pronũtio. Intentionalis specierum diffusio minime in hoc sensu necessaria est, vt nec in ceteris. Realis multiplicatio, tũ asseritur ab Arist. in c. 7. li. de sensu & sensili: & ab Alexandro eo loco, ceteris que Peripateticis. Aristoteles. n. eodẽ modo cum tẽpore per localem motum & sonũ & odorem multiplicari voluit, partimque ab illis moueri mediũ, quã sensum. Immo primum mouens, vt thus, ab omnibus sentiri asseruit, id autẽ, quod immediatẽ sentitur, numero diuersum esse, specie idem. Si intentionali specie diffunderetur, idem semper numero sentiretur: quippe non species organo suscipere: sed obiectũ, cuius est

est species, per eam sentitur. Tum vero in plurimis A
manifestum est. Nam odores quosdam naribus cum
magna voluptate suscipimus, alios cum summa
molestia. Aliqui recreant, & ut Aristoteles loquitur,
immoderatum cerebri frigus & humorem temperant;
alii ledunt & obstant plurimum, & nonnumquam
prosterunt animal. Ut fateri necesse sit realem
aliquam qualitatem, aut naturam amicam, aut
contrariam, inspirando ad cerebrum penetrasse. Neque
nisi inspirando odoramus; quasi rem aliquam
naribus suscipientes. Et si, ut dixit Philosophus, odores
suaves ad cerebrum nostrum temperandum referuntur;
non nisi reali qualitate temperari potest. Sed & odores
omnes à calore fiunt, certamque corporis temperationem
possunt fingi. Boni. n. & suaves à feruente calore
humidumque coquentes, graves & fetidi à debiliore
causa non coquente gignuntur. Citius etiam à propin-
quioribus, quam ab aliis, qui magis distant, sentitur odor.
Abigitur autem vento, impediturque magno opere
illius sensus. Sæpe bonus odor vehementior imbecillioris
tetur obicurat, eiusque sensationem prohibet; aut
contraria. Quod non fieret, si re ipsa non traiceretur
ad sensum. Nam colores omnes, licet contrarii, traiciuntur
simul; neque vnus alterius aspectum prohibet. At si
odor est actus æris, & aquæ, ut lauatiua sunt, & deter-
siua, quemadmodum Philosophus definiuit; sanè lauatiua
& deterens, & detersum id dicitur, quod reale
aliquid suscipit. Neque certius huius rei argumentum
quæri potest, quam ex ipsomet sensu; quo in
vehementioribus, & acutis odoribus quidpiam
sentimus per nares ingredi, atque in cerebro suscipi. Et
ex carne, quæ ad ignem coquitur, aut ex suffitu, ascen-
dere conspicimus quasi fumum, & halitum; qui ubi
ad nares venerit, tum demum sentitur odor. Quam-
quam hæc non solum re ipsa, sed etiam cum vapo-
roso halitu multiplicari; atque in medio spargi odo-
rem ostendunt. Tum aspectus iudicio, qui halitus,
& fumus in aere videt. Tum ipsius odoratus, in cuius
organo vehementissimè à vehementioribus odoribus
sentitur motus, & cum magna interdum molestia,
capitisque dolore. Quænam vero alia sit causa, cur
aurum, ut ait Aristoteles, in odorabile sit nisi quia
propter perfectam mixtionem halitum emittit nul-
lum: sicut quia nullum succum, nec saporem vllum
habet. Quippe omne corpus odoriferum est exhalabile;
quia calorem habet internum, qui tenuiores partes
resoluit in halitum. Cur, ut plurimum rerum
sentiamus odorem, conficimus eas, & calefacimus;
magisque odoriferæ sunt calidæ, quam frigidæ; in
omne quia calore exhalant partes earum tenuiores,
quas prohibebat frigus; cur bene olida, nisi tegantur,
odorem breui amittunt; nisi quia tenues partes, in
quibus est odor, nimium exhalant. Cur bonus odor
cerebrum, cor, & spiritum recreat, nisi propter
fumosum adiunctum halitum? Cur contra teret odor
lædit, aut etià necat? nisi quod pessimus halitus
infit cerebrum, aut nimis crassus & vehementis
spiritui & respiratori præcludit aditum. Cur
aromata in cinere suffita magis, quam in prunis,
olent? nisi quia prunæ absumunt halitum antequam
exhalent, non item cinis. Cur suffimenta remota
magis olent, quam propinquiora? nisi quod propè
sunt crassiores partes, quæ odorem impediunt;
remotiores autem tenuiores solæ, quæ magis olent.
Cur olida vrinam prouocant? nisi quoniam
exhalans halitus corporis meatu aperit. Cur, ut in
4. lib. de morbis confirmat Hippocra-

tes, comedentis alia excrementa omnia eorum
odorem retinet? nisi quia tenuis admodum est,
& efficax alij halitus, facileque totum permeat
corpus. Cur odoriferò corpore in arca posito, inde
que post aliquod tempus ablato, tum arca, tum
omnia, quæ in ea continentur, diutissime odorem
retinent? nisi propter corporis halitum corporibus
illis permixtum, diuque conseruatum. Cur in gra-
uibus morbis odoribus quasi nutrimur, & aliquan-
diu sustentamur? nisi quod vaporosus halitus te-
nuiores deferat partes, quibus non nihil refectur.
Sanè Aristoteles in cap. 5. lib. de sensu, & sensibili
odoracionem inspirando fieri, capitique professe
plurimum voluit; & illius fuerunt hæc verba:
Odorabilis sensoriam in capite, & cum spiritu. «
sa intrat vaporacione: quare ad spiritum vader
« vti que locum. Et in capite 2. eiusdem libri odor fu-
« mola euaporatio est: fumosa autem enaporatio ab
« igne. Quo argumento odoratum esse ignis ostendit.
Itaque si eos reprehendit, qui vaporem, fumidum
halitum odorem esse asseuerant; propterea
reprehendit, quod nil aliud eum esse, quam halitum
velint; qualitatemque esse contendit, quæ eum
halitu deferat. Aut quod nullam putent esse sine
eiusmodi halitu odoracionem. Pisces enim odorantur
in aqua, quod halitus penetrare non potest. In
capite autem septimo auditum, atque olfactum
omnino conficit locali motu constare, & cum
tempore fieri; priusque à propinquioribus, quam
à remotioribus; & sonos, & odores sentire, quod
illi æris, hi vaporosi halitus motu locali sensum
progrediantur. Itaque Ammonius, atque Simplicius
in librum Categoria- rum dum eorum definitionem
interpretantur, quæ sunt in subiecto; odorem
respondent, dum per aërem progreditur, nequaquam
per se moueri, aut mutare locum, ex vnòue in aliud
subiectum migrare: quoniam non solus, sed cum
vaporoso halitu spargitur.

Ammonij verò, & Philoponi argumenta præ-
mittenda non sunt. Ex eo namque argumentantur,
quod fetidum sæpe transeunt locum, circum-
septis sudario naribus, aërem quidem respiramus
(fieri enim nequit, ut hunc non respiremus) odoris
verò fœditatem non percipimus. Inde enim non
solum fumo sum halitum colligunt; verum etiam
eum ostendunt aëre crassiore esse cum sudarij
meatus penetret aër, halitus ille non penetret.
Tum verò etiam ex eo, quod pomum longiore
temporis spatio rugosius redditur; perinde quasi
eius substantia, in qua erat odor, per halitum
digeratur. Atque ex vaporibus ex incensis tam
manifestè exhalantibus, ut etiam manibus sæpe ad
nares pellamus. Denique Platonis quoque vitur
testimonio Ammonius.

Necessarium tamen non est odorem ad odora-
tum vsque semper diffundi. Sed si intrat sphaeram
actionis sensus contineatur, poterit absque alia
reali ipsius in organo susceptione sentire. Sic. n. de
coloribus quoque & sonis philosophandum sentio. Quo-
modo. n. aquatilia (inquit Philoponus,) quæ sunt
super aquæ superficie, olfactum neque. n. probabile est
vaporosum halitum per aquam deorsum procedere,
sed potius sursum. Et cum odoris natura calida sit,
extinguetur in aquis; & vultures ex infinitis
intervallis caduera sentiunt; nec eò vsque vti-
quæ corporibus perueniunt halitus. Et exigua
quædam corpuscula diu non retinerent odorem,
si eorum halitus eò vsque perueniret, unde
sentitur; neque in permultis est tam vehementis calor

Odorem
non semper
ad
nares
diffundit.

○○○

illud principium accipiens: Facultates ex obiectis, & actionibus constitui, & distingui. Sicut, n. odorabile vnum quoddam sensibile obiecti genus est; ita non nisi vnam potest sentientem facultatem constitinere, quam odoratum nominamus: sicut aspectu, aut auditu eam dicimus, quae aspectabilia omnia, aut audibilia percipit. Quare quicquid est odorabile, siue bene, siue male oleat, non alio, quam odoratus, sensu sentitur. Si igitur haec animalia omnia odoris habent sensum, non alio, quam odoratu, habere possunt. Si, n. idē obiectum eodē actionis genere cognoscunt, eandē quoque necesse est facultatē habeant. Dum autē bene, & male olens nominant, primā odorabiliū oppositionē significare voluit, quā antea ex saporū analogia dulcē, & amarū, hoc est suauē, & molestum appellauit; vt ita vniuersum odorū genus cōprehenderet. Hęc, n. est oppositio prima, ad quā omnes alij odores reuocantur. Porro hęc animalia sensu habere boni, & mali odoris, ex eo confirmat, quōd eodē modo, quo cetera, à vehemētibus, & fetris odoribus laeduntur, aut etiā necantur, vt bituminis, aut sulfuris. Quōd si mali odoris sensum habent, habebunt itē boni: quoniam eadem est contrariorum facultas; & si circa eandem odorabilem oppositionem versantur, eundem quoque operantem sensum habebunt.

Videtur etiā his verbis contineri argumentum à maiori ad minus. Si, n. opposita, & pugnantia obiecta vno sensu comprehenduntur, neque propterea facultates multiplicantur; multo minus propter diuersū operandi modi, qui profus accidentarius, & extra obiecti vim, & naturā est, multiplicare oportebit. Quamquā alterā huius loci interpretationē non praetermittam. Ea est; animalia hęc omnia non alio, quam odoratus, sensu odores sentire, ex eo probasse Philosophum, quōd odoris sensus alius non est, quam odoratus. Ea verō odoris habere sensum, ostendisse ex eo, quōd bene olentium, & graue olentium, quae odorū differentiae sunt, sensu potuntur.

Ceterū illa verba (Amplius autem) non tam prioris argumenti confirmationē, quam alteram à priorē distinctā argumentationē significare videntur. Atque hoc modo illis perpetuō vti Philosophus conuenit. Deinde non rursum nominat *δυσώδεις*, hoc est male olentes, quos antea nominauerat; sed *ισχυροὶ ὀσμήτι*, id est fortes, & vehemētes odores. Quare haec est altera argumentatio ad ostendendum, haec itē animalia eodē sensu odores sentire. Eodem modo, quo cetera, quae respirando odorantur, hęc quoque quae non respirant, à vehemētibus nimis odoribus laeduntur, eorūque organa offenduntur magno perire; igitur eodem sensu eos perferunt.

Ita duplex hoc loco proposita argumentatio ex certissimo duplici principio ducta est; quorū alterū antea explicatū fuit; facultates ex obiectis, & actionibus constitui, & distingui; alterū experientia, & sensu manifestū est, vt post explicabitur in tex. 123. & 143. ex quibus locis confirmabitur horū verborum interpretatio, in qua fortes odores dixi nō male olentes, sed vehemētes, & modū excedētes significare. Nam illis in locis eadē est vox (*ισχυροὶ*) dum & *ισχυροὶ ὀσμήτι* dicit in tex. 143. & *ισχυροὶ ὀσμήτι* *τὸ ἀδύνητον* dissoluere organū sensus; eamque vocē certum est fortem, vehemētē, & nimium mouentē organū significare. Quapropter in priorē argumentationē videtur Aristoteles ex natura facultatis, quae ex obiecto, & actione constituitur, ratiocinari: in posteriore autē ex organo, quod à vehemēti obiecto

patitur, & dissoluitur. Vt ita eandē in illis animalibus ostēderet esse facultatē, eandēmq. organi conditionē; & idē eundē integrum, & absolutum sensum qui ex facultate constat, & organo; illaque ipsa odores sentire, etiam si non respirent, vt cetera. Olorū realis multiplicatio.

Iam verō hic locus vtrius modo exponatur, non erit illis contemnendus, qui modum quarunt, quod odores in medio multiplicentur. Quoniam si aut vehemēti motione dissoluere potest temperiem organū; aut praua qualitate malus, & pestilens odor cerebrum inficiendo profus interimere, sicut suauis salutem adfert, dum nimium cerebri frigus & humorem temperat; perspicuum est neutrum ab intentionalibus speciebus fieri posse, sed realem esse oportere qualitatem.

TEXTVS.

Εἰς τὸ τοῖς ἀσώδεις διαφέρειν τὸ αἰσθητικόν τῶ το, αὐτοῖς τὸ δὴ ἄλλαν (ὄσμη) ἀσώδεις τὰ ὄσμητα αὐτοῖς τὰ σελήνησθ δαλ μων τὰ μὲ τὸ εἶρησθ γμα ἰσώδεις ἐλοῖσθ, τὰ ἐλεῖσθ αὐτὸ ἐκ τῶ κινήσθ, μὲν δὲ ἀσώδεις, ἔχ ὄσμη τὰ σελήνησθ δαλ μων, ἔδεν εἶρησθ τοῖστων, ἀλλ' ἐκ τῶ εἶρησθ τὰ μὲν ὄσμητα ἐκ τῶ διαφαιεῖ. ἔπος ἐκ τῶ τὸ σφραγιστικὸν αἰσθητικόν, τοῖς μὲ ἀσώδεις ὄσμητα, ὄσμη τὸ ὄσμητα τοῖς δὲ ἀσώδεις ἐκ τῶ εἶρησθ τὰ μὲν ὄσμητα, ὄσμη τὸ ὄσμητα τὸ εἶρησθ δαλ μων, δὲ αἰσθητικόν τὸ ὄσμητα τὸ εἶρησθ δαλ μων, δὲ αἰσθητικόν τὸ εἶρησθ δαλ μων.

Videtur autem in hominibus differre hoc sensum ab iis, quae aliorum animalium: sicut oculi ab oculis eorum, quae duras habent oculos. Nam illa quidem vallum habent & quasi velamen palpebras, quas si non moucant, neque retrahant, non vident. Quae autem duris sunt oculis, nihil eiusmodi habent; sed statim vident, quae sunt in perspicuo. Sic igitur odorandi sensum alius quidem sine operculo est, sicut oculus; alius verō aërem recipientibus habet velamen, quod respicitibus detegitur, dilatatis venulis, & meatibus.

COMMENTARIVS CXXXVII.

VT res habeat, quidque ad propositā difficultatem de diuerso odorandi modo in animalibus respirantibus, aut non respirantibus respondendum sit, cum eundem alio qui odorandi sensum habeant, hoc loco aperit, totidemque penē verbis reperit in libro de sensu, & sensili cap. 5. Cur enim respirando quaedam odores perferant, alia non respirando; causam esse constituit, non sentientis facultatis, aut organi diuersitatem, sed aliam, atque aliam eiusdem organi constitutionem.

Ad hoc autem explicandum vtitur aspectu, seu aspectu organo. Nam quaedam sunt animalia, quae oculos habent palpebris inuolutos; alia, quae apertos planē, detectos, & absque palpebris; vt ea, quae duras habent. Natura enim, quae nec vlla in re necessaria cuique deest, nec superuacaneum quidquā facit; mollioribus oculis, qui ab externis incurfionibus laedi facile poterant, prouidit palpebras, quae ab iniuriis illos tuerentur. Durioribus autem, qui minus erant externis incommodis obnoxii, superuacaneas, & minimē necessarias palpebras apponere noluit, nec absque vllō vsu, aut commodo animalibus illis videndi impedimentum adferre, quae ipsa organi hebetudine satis parum essent ad videndum apta.

Eandē in auditu diuersitatem obserues. Quibusdam enim auriculas videas extra caput prominere ad excipiendū sonum, atque ad interiore in meatū

conuiciendum. Aliis non item; vt auibus, & piscibus, atque ad eod ouiparis, & corticatis quadrupedibus. Tum quia duriore constant materia, & cute; vt in capite 12. lib. 2. de part. an. tradidit Aristoteles. Tu quia absq; magno lationis periculo fuissent nimio illis in volatu, & natatu impedimento. Et verò etiam aere aues, & aqua pisces ea parte susceptis, non paruum sensissent incommo dum.

Quod igitur in aspectu, & auditu conspicitur, in odoratu quoque factum est. Non enim eodem in omnibus modo se habet odorandi instrumentu; sed in quibusdam durius est, in aliis mollius. In quibus est mollius, vt facile pati, & lædi poterat; sic in interiori, & magis abdita parte eodi debuit, valluque illi, ac sepimentu apponi, quale oculis palpebræ. In quibus autem est durius, id cauendum non fuit, neque re minime necessaria graua natura. Ergo quemadmodu animalia, que palpebras habent obductas oculis, nihil planè cernere queunt, ne in lumine quidem, nisi aperiant palpebras; que verò durus habet oculos, protinus vident, vbi lumen affulserit, absque vilo in ipsis motu facto. Ita quibus liberum est, nullòque obductu vallo odorandi organum; ea præsentem statim odorè persentiunt: hæcque ea sunt, que sine respiratione odorantur. Que verò operum habent, & tectum organum, Attollant operculu prius oportet, vt ab odoribus organum moueri queat. Attollitur autem respirando, & idè non nisi respirando odorantur. Inspirando, inquam; quoniam tunc temporis dilatantur venulæ, & meatus, odorque aut liberè ingreditur, reque ipsa penetrat ad organum; aut certè sublato interiecto corpore, ita cum illo coniungitur, vt sentiri possit.

Nariu operculum.

Venas nominat.

Venulas porò Philoponus interpretatus est nervos, quibus odorantur. Sed nisi mamillares ipsos processus intellexerit, qui tamen ab antiquis nerui appellati non fuerunt, omnino non licet interpretari. Quonia corpora dissecantes, nullos huius sensus peculiare nervos inuenimus. Deinde nec mamillares processus, nec nerui intelligi possunt. Quonia si dilatatis venis operculum tollitur, necesse est aut venulas ante operculum, aut potius in ipso operculo considerare, vt iis dilatatis tollatur operculu, pateatque odori aditus. Venas itè ipsas non intelligimus, quòd ea non sentiendi, aut respirandi, aërius suscipiendi, sed nutritionis, & sanguinis instrumenta sunt: verum meatus ipsos, per quos aër, aut odor penetrare possit: siquidè venas ampliori fuisse apud veteres significatione nominatas, constat ex Hippocrate in libro de principiis, in quo arteriæ quoq; & optici nerui appellatur venæ. Neque alio modo inspirando remouetur operculum, nisi quòd dilatatur, & in eo aperiuntur meatus, per quos aër, & odor ingreditur. Olfaciedi organa, inquit Alex. in priori lib. de Anima cap. 15. respiratione aperiuntur, & expanduntur: mox coeunt, occludunturque quemadmodum in eorum animalium oculis euenit, que palpebris prædita sunt. Itaq; quod post nominatas venulas subiungitur meatus, ad explicandù pertinet quid venularu nomine significatum sit. Et idèd fortasse non venas dixit, sed venulas; ne venas propriè dictas intelligeremus, sed quidpiã veluti venas: quidq; hoc esset, exposuit meatus subiungens. Nã ante mamillares processuos illud est, quod cribrũ, seu colatoriu dicitur; totu foraminibus plenu, que in respiratione aperiuntur & dilatatur, odoriq; aditum præbet. *isthimi* ossa ab isthimi forma nominatur. Sanè quod Philoponus addit, foraminibus illi

Isthimi ossa.

viscosa, & emunctu diffilia excrementa contrahitur; quæ odoris sensum impediunt, inspirationeq; lecerantur; aut etiã quanda esse pelliculã superpositam, que inspirando leuetur; minùs probandũ est. Quoniam etiam excrementa, & essi foramina interdum occupat, id tamen accidentariu est, nec semper ita habent: neque tam in respiratione, quã expiratione, & verò optime narium emunctione purgantur: inspirando n. ad interiora potius trahuntur. Denique non quous, sed vehemens dumtaxat inspiratio seceret. Quod autem ait, pelliculã inspirando leuari, manifestè falsu est. Nullam. n. cuiusmodi pellem dissecantes inuenimus, que leuari possit; sed cerebri meningẽ mamillaribus processibus incumbentẽ, minùs foraminibus traieciã: & alteram quandam membrana, quam in libro de odoratu instrumentorum 2. ponit Galenus ante ossa colatoria, continuã illi, que interiorè totam opis regionẽ, & linguam, aliisque vicinas partes complectitur. Maneat igitur, operculu, quod Philosophus nominauit, aut os illud esse, aut alterã illam, que ossi obducta est, membranam: aut meningẽ potius, que est ante mamillares processus. Venulas autè, seu meatus, esse earu partium foramina, quibus in respiratione dilatatis, pateat odori aditus: sicut apertis palpebris luci, & coloris patet accessus.

Quare inspiratio ad odorandũ ita se habet, vt palpebrarum apertio ad aspiciendũ. Vtraque autè est, vt velut remouens id, quod odoratum, & aspectum prohibebat. Quo remoto, vt aspectus in iis, que palpebras habent mollioribus obductas oculis; & in iis, que duris sunt oculis: ita & odoratus in iis, que respirant; itque que non respirando odorantur, eodè profus operatur modo. Et vt oculis palpebris custoditus præclaru exiit aspiciendi organu; sic odoratus id, quod post operculu est: pars scilicet illa anterior cerebri, quã mamillares processus nominamus.

Digestio LII. Immeritò Galenus Aristoteles hanc locum criminatum fuisse.

Galenus, dum in hunc Aristotelis incidit locu, caluãdi potius, vt in aliis pleriq; rebus, quã veritatis, studio librũ scripsit, que de odoratus instrumento nominauit. In quo totius nati, & partiu eius primũ descriptione facta, neq; os nati, neque membrã illi subitratã odorandi instrumentum esse ostendit: sed anteriores cerebri sinus, ad quos uos odores, tum inspiratũ aërem penetrare affirmauit. Deinde aduersus hanc Philosophi de meatu nati operculis, que in odorũ sensu aperiri debent, pronuntiatam sententiam multa inuehitur. Primũ, n. reprehendit, quòd in quam potissimũ parte odor sentiat non exposuerit. Deinde, quòd foramina, que in respiratione aperiuntur, parum accõmodatè cũ palpebraru apertione comparauerit. Oculoru namq; palpebræ voluntario motu aperiuntur quoties volumus: non itè foramina illa, sed aëre solu subintrante. Tu verò quòd non explicauerit vbi nã sint ea foramina, nũ in nariu membrana, an in alia quapiam parte. Nã si in nariu membrana esse dicatur, (quippe alibi non videntur) aëre foris pellente, sine respiratione aperiuntur, odorẽq; sentientur. At et ueritate opponas, aut instrumẽto quo aër in nariu fletur: nullus tamẽ, nisi respiret, sentitur odor. Quod si motum illorũ dicas motui cordis esse persimile, distentq; foramina aperiri, sicut & cordis ostia. Aut is motus voluntarius est, aut naturalis: si autè voluntate fieret, siue natura, externo motore, inspiratõq; aëre opus nõ esset. Deide si uoluntariu esse motus,